



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Otho Conf. 23. Martii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

. Mart.  
tratus,  
nsum  
& ecce  
n, ne  
castra  
everso  
s mul-  
famā,  
enique  
m ma-  
x duo  
nplam  
ue lu-  
Cæli-  
leges  
ontifi-  
m ex-  
o Do-  
in in-  
postu-  
quòd si  
n, eis  
Pan.  
artii.  
nutri-  
n cu-  
oupas  
etiam  
otem  
n vi-  
amo  
sque  
nni-

23. Mart. VITÆ SANCTORVM. 157  
panniculis, licet è principe familiâ esset, involvit.  
Quæ virtus ita cæli Reginam cepit, ut vultu blandissimo CATHARINAM intueri sit visa, at torvis oculis socrum, quod vestium luxum hæc amaret. Interim certonibus CATHARINÆ Deus purpuræ splendorem non semel addidit. Romæ cum ageret, pudicitiae custodem B. Sebastianum sibi legit, opemque saepius ejus præsentem sensit. Gravius nihil aggressa est vel facere ipsa vel alteri suadere, quam VIRGINEM Angeli verbis salutasset. Castigavit tamei MATER MAGNA clientē suam, cum præter Brigittæ matris & virorum Religiosorum voluntatem, patriam cogitaret. Visa est enim sibi CATHARINA inter mundi laborantis incendia frustra opem à VIRGINE rogare, ni Majorum voluntati pareret, & patriam cælo posthaberer. Mortua est pridie VIRGINIS ANNVTIATÆ, cum plures annos quotidie animum confessione expiasset. Funus Ericus Rex suis humeris extulit. Cælum stellam legavit, quæ funus comitaretur. Miraris nobiles funeris curatores? Nobiliores anima habuit, Angelos. Ex Surio.

Vitam tuam quotidiana discussione examina; attende diligenter, quantum proficias, vel quantum deficias: qualis sis in moribus, & qualis in affectibus: quam similis sis Deo, vel quam dissimilis, quam propè vel quam longè, non locorum intervallis, sed morum affectibus. S.Bern.l.Med.c.5.

S. O T H O C O N F. 23. Martii.

R Omæ natus OTHO Palladi primam ætatem devovit. A Pallade deinde ad Martem transiit, utroque propitio. Nam & literis excultus, & armis præstans Lothario Imp. cum hic Innocen-

tio III. Pont. contra Pseudopontificem auxilium ferret, ita volente, veteri Majorum gloriæ Equitis etiam titulos adjecit. Nimirum nulla adæquè calcaria virtutem extimulant, uti aurea. Quod tamen Deus sub suis signis militare vellet OTHONEM, ostendit quæ mundus suis stipendia numeraret. Proin dum pro Alexandro III. Pont. contra Frid. Imp. arma gerit, speratque palmas & triumphos, captivus carcerem ab hoc aufert & vincula. Adest tamen D. Bernardus precibus vocatus, & dormientem ex hostium manibus non vano somnio educit. Squalor carceris & fames longa alium vultum OTHONI induerant, ut facile omnes falleret. Liber ergo arma in se vertit, sibi bellū indixit. Locus castris metandis placuit Beneventum inter & Asculum. Sed & propugnaculum ingens extruxit cellam humilem: tela preces erant: vulnera ab hostili manu nulla, honestissima à suā manu rulit. Ita fese subjugato, Arianensium quoque superstitionem aggressus expugnare, effecit, ut qui ad id tempus Jani bifrontis imaginem, quæ publicis, quæ privatis ædificiis præfigebant, Christiani Christum potius præ se ferrent, quam Deos ridiculos. Iisdem imminentem ob scelera non modo ab Agarenis, sed Christianis etiam vastitatem, & ruinam prædixit; cui tamen ipse morte subduxisse. Ex Ferrar.

*Quæ nos agit vesania vii iorū? si t'ire absynthium, hujus mundi sequi naufragium, vita labens pati mforiū nraū impie Tyrannidis ferre dominium, & non magis convolare ad Sanctorum felicitatem & ad Angelorum societatem? S. Bern. in Medit.*

§. 84.